C. VELLEIVS PATERCVLVS

CVM

ANIMADVERSIONIBVS

I. LIPSI.

LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Apud Fratres de Gabiano.

cIↃ. IↃ. XCII.

I. LIPSIVS

THEODORO LEEVVIO V. C.

S. D.

ANTE biennium, cùm Velleium publicè legiſſem, viſus ſum multis digna luce dicere & cognitione etiam aliorum. Itaque hortati ſunt vt colligerem, diſponerem, ederem: quod feci, vt vides, in parte. Nam vt omnia quæ ad Hiſtoriam, Mores, Prudentiam, opportunè & vtiliter tunc diximus, adiungerem, viſum non

C. VELLEII PATERCVLI HISTORIÆ ROMANÆ AD M. VINICIVM COS.

LIBER PRIMVS.

*** tempeſtate diſtractus à duce ſuo Neſtore, Metapontum condidit. Teucer, non receptus à patre Telamone, ob ſegnitiam non vindicatæ fratris iniuriæ, Cyprum appulſus, cognomine patriæ ſuæ Salamina conſtituit. Pyrrhus, Achillis filius, Epirum occupauit; Philippus Ephyram in Theſprotiâ. at rex regum Agamemnon, tempeſtate in Cretam inſulam reiectus, tres ibi vrbes ſtatuit, à patriæ nomine vnam, à victoriæ memoriâ, Mycenas, Tegeam, Pergamum. idem mox, ſcelere patruelis fratris Ægiſthi, hereditarium exercentis in eum odium, & facinore vxoris oppreſſus, occiditur. regni potitur Ægiſtus per annos VII. hunc Oreſtes, matrémque, cum ſociâ conſiliorum omnium ſorore Electrâ, virilis animi feminâ, obtruncat. factum eius à diis comprobatum ſpatio vitæ, & felicitate imperij apparuit: quippe vixit annis XC. regnauit LXX. qui ſe etiam à

Metapontus condita.
Salamin.
Ephyra.
Mycenæ.
Tegea.
Pergamus.
Rex Ægiſthus.
Oreſtes.

IVSTI LIPSI
AD
VELLEIVM
PATERCVLVM
Animaduerſiones.

LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Apud Fratres de Gabiano.

cIↃ. IↃ. XCII.

IVSTI LIPSI
AD
VELLEIVM PATERCVLVM
ANIMADVERSIONES.

TEMPESTATE diſtractus à duce ſuo Neſtore.] Quid Græci Troiâ redeuntes paſſi ſint aut fecerint, narratio fuit: quæ opida condiderint, aut vbi fixerint ſedes. De quo tamen propriè hoc initium? Credo de Epio. quò trahit me Iuſtinus lib. XXI. *Metapontini in templo Mineruæ ferramenta, quibus Epius, à quo conditi ſunt, equum Troianum fabricauit, oſtentant.* Et facit Ariſtoteles in Admirandis: Ἐγγὺς Μεταποντίου Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν, ἔνθα, τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, * ἃ εἰς τὸν Δούρειον ἵππον ἐποίησεν. Strabo ſimpliciter tamen dixit *Pylios Metapontum condidiſſe*: Stephanus aliíque *Metabum* nominarunt. de quo ipſo quin hæc capere poſſis, non nego. PAG. I. * Fort. οἷς τ̃.

Cyprum appulſus cognomine (ſcribo

LVGDVNI,

EXCVDEBAT GVIGHARDVS IVLLIERON anno 1592.